



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

III. De nexu Olympiadu[m] cum Periodo Iuliana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

ram communem præuerit, cum Barônio & alijs pluribus, quorum sententia subscripti in quæst. Chron. de annis Saluatoris. Illis autem nequaquam assentior, qui Christi Natiuitatem C. Cæsari & L. Paulo Coss. præponunt, nec tamen ab ea vulgatem æram distinguunt.

QVÆSTIO III.

De nexu Olympiadum cum Periodo
Iuliana.

1. **A**nnus primus æræ Christianæ est 4714. Periodi Iulianæ, ut alibi ex omnium sententia notauimus: ante æram autem Christianam, à primo agone Olympico anni 776. numerantur. His ergo à 4714. detrahis relinquetur annus Periodi 3938. quo prima Olympias celebrata est. Cyclo Solis 18. Lunæ 5. Anno Periodi istius 3939. inijt 2. Olympiadicus, anno 3940. tertius, & sic de cæteris. Vnde fit, ut si dato alicui anno Olympiadico addantur 3937. prodeat annus Periodi quo Olympiadicus aperitur. V. G. anno 2. Olympiadico adde 3939. exurget annus Periodi 3939. Anno 777. Olympiadico appone 3937. proueniet annus Periodi 4714. quo annus 777. Iphiti ad æstiuum Solstitium ortus est.

2. Si vero proponatur annus aliquis huius Periodi, qui non excedat 3937. annus propolitus Olympiades antecessit: sint vero maior fuerit numerus quam 3937. ab eo tollantur 4937. ut annus Iphiti inceptus deprehendatur. Ex. ca. Ab anno Periodi 39. 8. tolle 3937. remanebit 1. annus Iphiti, quem anno illo 3938. inijtse ipsdem exemplis probatur, quibus iam ostendi Olympiadas cœpisse anno ante Christi epocham 776. Imo sua exempla Peraius ad annos Periodi accommodat, quos ad æram Christi reduces, si à datis annis Periodi, 4713. sustuleris. Verbi Gratia aufer 4713. à 4714. & habebis annum 1. æræ Christianæ. Si verò annus Periodi proponatur, qui 4713. non excedat: subtrahatur à 4714. ut remaneat annus ante æram Christi. V. G. Annus Periodi 3938. ablatus à 4714. relinquit annum 776. ante Christum.

3. Quia vero Olympiades ad annos Periodi Iulianæ beneficio Arithmetices reuocari non possunt, nisi prius in annos Iphiti resoluantur, ad quod præstandum plusculum temporis requiritur: en tibi tabella, qua citissimè & facillimè ex dato anno Periodi qui non sit minor 3938. Olympiadem colligas, & vicissim ex Olympiade annum Periodi Iulianæ.

Hic est tabula coniunctionis Olympiadum cum Periodo Iuliana.

B 2

4. Hu-

P.
H. Philippi

Sironologia
vnt. Testamtu

A IV
17

4. Huius tabulae usus est idem, qui tabulae connexionis Olympiadum cum annis Christi, & alterius, quam voco Identitatis annorum Olympiadum. Hinc sine labore praecedentis quaestiones exempla ad annos Periodi reuocabis. V. G. Annus 1. Olymp. 1. cepit anno Periodi 598.

Annus 2. Olymp. 254. incipit anno Periodi 4931.

Annus 1. Olymp. 184. oritur anno Periodi 4676. cyclo Solis. Luna qui sunt characteres anni ante Christum 44. quo. Caesar interemtus est.

Annus 1. Olymp. 94. inijt anno Periodi 4310. quatuor Olympiadum Periodi 4289. Secundus Olymp. 87. anno Per. 4283. Tabulam autem praedictam vsque ad annum 3. Olymp. 641. deduxi: qui vult, eam in iohannem gerere poterit, si anni centesimi Periodi Iulianae subsequentes ad finem tabulam apposuerit, & Olympiadas subtexuerit, sicut a me in tabulae istum videt.

QVAESTIO IV.

Quomodo cyclus Luna, Solis, Epactarum Olympiadibus congruunt.

1. Quoniam prima Olympias cyclo Solis 18. Lunae, celebrata est 11 annos Olympiadum 17. addantur & productum per 18. diuisum residuum erit cyclus Solis. Si vero 4. adiunxeris & summam partitus fueris, in residuo cyclum Lunae videbis. Faciendam autem diuisionem intellige, si cyclo Solis inquirendo summa 28. superauerit: pro cyclo Lunae 19. excesserit. Quando facta diuisione. nihil remanet, cyclo Lunae nempe 28. Solis & 19. Lunae.

2. Ex tabella cycli Solis quae seruit annis Christi, eundem cyclum annis Iphiti deprehendes, si ad annos Iphiti datos 8. addideris V. G. Iphiti no. 1. Iphiti, in tabella annum 9. quaeris, pro 2. Iphiti, 10. acciperis. Item ex tabella Aurei Numeri, quae annis Christi congruit, cyclos Lunae annis Iphiti habebis si ad annum Iphiti datum 3. opposueris. V. G. pro 1. Iphiti, quare in tabella annum 4. pro 2. quintum, pro 200. inuestiga Olympiadibus vero ecce tibi propria tabella cycli Solis.

Hic est tabella cycli Solis pro Olympiadibus.

3. Sicuti ex simili tabella pro annis Christi cyclus Solis erit: ita hac idem cyclus excerpitur, quo currente, primus cuiusque Olympiadum annus aperitur. V. G. Annus 1. Olymp. 1. oritur cyclo Solis 18. Annus 1. Olymp. 2. cyclo 22. Annus 1. Olymp. 200. cyclo 2. primus Olymp. 184. cyclo 22. de caeteris. Verum pro annis, secundo, tertio, quarto singulariter